49105

Cum eadem mariti sui ut tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesente eo sana mente et
corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Mathiam Tyszka Łochowski Parentem
suum de solutione dotis ipsam de bonis Łochi Kołky et alijs eo spectantibus paternis et maternis legi-
time concernentibus tum et paraphernalibus, ob satisfactionem quietat et liberum facit bonisque omnibus pa-
ternis et maternis abrenunciat perpetuis temporibus.

Olędzki — Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransce. personaliter comparens Nobilis Andreas
olim Stanislai Olędzki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia
Nobilem Albertum filium Floriani Olędzki de solutione Quatuordecem Florenorum Polon. debiti co-
ram actis autenticis inscripti ob satisfactionem plenariam et persolutionem quietat emittit et
liberum facit inscriptionem eiusmodi cassat annihilat perpetuo et in toto.

Roszki Włodki — Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransce. personaliter comparens Nobilis Stanislaus
olim Valentini Roszkowski de Włodki Roszki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere
recognovit. Quia Nobiles Adamum olim Francisci Roszko de causa et actione iuris Ratione non
solutionis stipendiorum et expensarum pro expeditione bellica ex bonis Roszki Wołki Włodki
per ipsum a Nobilibus Gregorio et Joanne Woinowski et alijs personis quavis non solutionis
nec restitutionis ad Judicium Capturale Terrae Drohicien. inspecta, ob praestitam sufficien-
tem satisfactionem quietat emittit et liberum facit processum totum cum eius effectu cas-
sat perpetuis temporibus.

Pietrzykowo Wyszki — Donatio.

Coram offo et Actis praesen. Castren. Capitan. Bransce. personaliter comparens Nobilis Pe-
trus olim Joannis Pietrzykowski de Pietrzykowo Wyszki sanus mente et corpore existens
palam publice verbis per expressis recognovit. Quia Nobili Benedicto filio olim Stanislai Pietrzy-
kowski et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Pietrzykowo Wyszki consistentem
aream quatuor sulcorum incipientem a granitie Pietrzykowska ... per plateam
usque ad viam quae de Szumki ad Bielsk itur protendentem inter metas filii Jacobi Pie-
trzykowski et successorum olim Mathaei Pietrzykowski iacentem cum horto pomario
atque aedificijs stuba nigra, et atrio, sibi divisione ab olim fratre suo cessis et omnibus
utilitatibus fructibus, attinentijs et pertinentijs, nec non alium omni iure suo et dominio proprietate
propinquitate titulo hereditario pura mera syncera et irrevocabili donatione perpe-
tuis temporibus dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Cui intromissionem
iam ex nunc realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et nobiles duos officio
acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictionem omnimodam occa-
sione praemissorum, ab omni impedimento iuridico et iniuridico quarumlibet perso-
narum propinquarum et remotarum toties quoties opus et necessarium fuerit expeten-
tium a filiastris suis per et ultra omnes personas ... cavet et se de omnibus
bonis suis cum posteris suis inscribit sub damnis ... simpliciter taxandis et edicendis
et coram officio ... in primo evictionis termino perempta responsione ac satisfactione. ...
in vivis sum iuris remedijs et defensis sese ... absorbendo et abrenunciando.